Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad diuini culminis sedem in cassum attollitis. Celi istius
cameram adi extensam sic fumum semipleno aspectu in
tueri in potestis. celos autem celorū ubi ur dn̄s teste
oriente conscendit. speculari his nequaquā uultibus pote
ritis. spondemus tamen uobis huius federis inuiolabile
ueritatem: quia nr dn̄s cum quo subiit ad sydera corpore.
cum eodem rediet incarnata apertius maiestate. Ecce enī 4
ex prisco psalmi organum comperimus. quod in ascensu.
xp̄i mirabiliter gaudeamus: cum in alto conscendit & ca
ptiuam duxit captiuitatem absq; militum turmis. aut
catenarum stridente ferrugine duxit. Exortus ē in celum
maximus de amore clamor descendens. quando metantes
angeli nubem corporis xp̄i ianitoribus exclamant angelis.
Attollite portas principes ur̄as & eleuamini porte eternales.
& introibit rex glorie. & cum portarum obices reserauerit is.
gaudium ur̄m nr̄o gaudio communi societate nectatis. Et
introibit inquit rex glorie. Illi aut̄ qui celestibus foribus leguntur
fore p̄tores. quis ē iste aiunt rex gl̄e. Quibus edocentur nun
tiorum responsis. Dn̄s fortis uelut leo transglutiens mortem.
potens in patibulo crucis: potentior in bello tyranni inani
ter decertantis. Ipse ē rex glorie qui descendit in inferio 6
ra corda terrarum: & ascendit laureatus. repetens hodie
sue maiestatis stadium. Quando uoluntarie descendit.
index erat stella astriferi signi corona. cum uero uictor ho
die ascendit. nubes emicuit candida. in qua ueherentur
membra passione. non morti creata. Fit obuiam cherubym
apte uectrix ineffabilis sedis: in occursum aduolans seraphyn
salutantibus alis: & thronus reuertenti filio in dextera p̄mi
cat patris. Fit unice trinitatis inherens sibimet osculum.